Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



poterim in moriendo finire. Vt et ipsi salutē consequantur quę est
in xp̄o ih̄u cum gl̄a cęlesti. Quę salus in xp̄o ē non nuda sed
gl̄a uestita nec terrena gloria sed cęlesti. VIII
Fidelis sermo. nam si conmorimur et conuiuemus. Veritatis
ratione subnexus. Si enim a uitiis et uoluptatibus sumus con
mortui xp̄o. uiuemus cū illo. alioquin quom̄ sperare poterimus
hoc. Si consustinemus et conregnabimus. Si sustinuerimus cū necesse
fuerit qd̄ ille sustinuit. tunc demū regnare poterimus simul.
Si negauerimus et ille negabit nos. Sicut ipse p̄misit se corā homi
nibus negantes coram patre et angelis negaturū. Si n̄ credimus ille
fidelis manet. negare seipsū non potest. Siue n̄ credamus siue cre
damus n̄ aliud potē exhibere singulis quā p̄misit. quia ueritas
contra se n̄ faciet ne se negare uideatur. Hęc cōmoneo te testificans
corā d̄no. Sub testificatione constringit. Noli uerbis contendere
in nichil utile ē nisi ad subuersionē audientiū. Sine testimoni
is scripturarū. huius modi enim contentio n̄ ędificat. s; destruet audien
tes cum putant omnia ingenia cōmuni subtilitate subsistere.
Siue nolo uerbis uincere uelle sed factis. Sollicite cura te ipsū p̄ba
bilem exhibere d̄o. Ante omnia hęc labora ut tale te apud d̄m ex
hibeas quo merito possit ppl̄s tibi obedire. Operariū inconfusi
bilem. Ita uiue ne dicta factis deficientibus erubescant. Recte
tractantem uerbū ueritatis. Ille recte tractat qui exempla sua
dictis confirmat. Ornamentū enim uitę doctrina firmamentū
Profana autē et uaniloquia deuita. uerbi opus ē. VIIII
multū enim p̄ficient ad impietatē. Irreligiosas hereticorū
fabulas deuita qui negant resurrectionē. p̄ qd̄ utiq; et iudicii
timore sublato. ad omnē impietatē et ad cuncta crimina p̄ue
nitur. Et sermo eorū ut cancer serpit. Cancer eē dicitur eē uulnus
qd̄ in mamillis nascitur feminarū. quibus nisi cito subuentū fue
rit cum uirus ad cor serpendo p̄uenerit. nullū ultra remediū
erit. Ita et hereticorū sunt uitanda colloquia. ne p̄ aures in
remediabiliter uulnerent mentes. Ex quibus ē hymeneus et